et conferendas duximus, damusq;, donamus, et
conferimus presentibus literis nostris titulo
meze, pure, iuste, et irrevocabilis donationis in
ius hereditarium sendale. LR ipsum Generosum
Joannem Bonar de Balize, et eius succes:
sores sexus masculini villas predictas Klokovize
et Odmoschize cum omnibus earum fundis
agris, pratis, campis, silvis, borris, fluviis, flu:
minibus, stagnis, piscinis, et earum dimissionib
molendinis, et earum emolumentis, lacubus
paludibus, advocaciis, preciis, curiis, hortis
arcis kmetonibus, hortulanis, censibus, laborib
angariis, seruiciis, datiis, peccoribus, et aprum fru:
ctibus provenientibus, reddit:ibus, et Generaliter

cum omnibus ad villas predictas ex antiquo
pertinentibus. tam late, longe, et circum-
ferencialiter prout ville predicte in suis
metis, et limitibus consistunt, et ab alijs et
lis, et fundis vicinis sue vere sociate, et ex
presso sue antiqua consuetudine sunt distinc-
te et determinate, specialitatem sub ge-
neralitate, et econtrario generalitatem sub spe-
cialitate concludendo tenendas habendas pacifice, et quiete vice hereditarie feodali pos-
sidendas temporibus perpetuis, exercendas
donandas, vendendas, commutandas, et ut eas
quas illi et eius successoribus masculis videbit
esse libere commutandas, nostro tamen et
successorum nostrorum ad id requisito con-
sensu. Sibi nobis et nostris successoribus iuris
dominij et proprietatis ad easdem villas reser-
vando. Sed totum in ipsum Generosum Jo-
annem Bonae de Balitze et eius successores ma-
sculos transferendo, et transfundendo. Ex-
peditione tantum bellica pro nobis et Reipub:
Regni nostri salua manente. Quoniam vero
ville prefate Klokowize et odmoschize à ve-
tis quibusdam nobilibus possidentur, damus

iam ex nunc preafato Generoso Joanni Bonar
de Balicze villas eosdem cum suis nunc nostreo sunc
presenti donatorio à nobis concesso plenam re:
petendi potestatem. earumq; possessionem per mi:
nisteriales terrestres quemcunq; voluerit adu:
cendi, et recipiendi. Et si quid post datam pre
sentium parti adverse vel alteri cuipiam datis
aut concessum per nos fuerit, illud nihil nisi
presenti ipsius Generosi Joannis Bonar dero:
gare volumus, verum nullius roboris, et momen
ti futurum pronunciamus. In cuius rei fidem
et testimonium nam nostrea presentibus sub:
scripsimus, et sigillum nostrum appendi iussi:
mus. Datum Vilne die dominico ante festum
sancti Laurencij proximo Anno domini M°
CCCC° L° iiij°. Regni vero nostri anno xxxv°. Pre:
sentibus Generosis ac venerabilibus Eloriano
Zebrzidowski Lublinensi Burgrabio Cracc6i et
referendario Podlasiensi, Joanne Lubowirski
Rawens6i burgrabio Cracouiens6i curie nostre
Thesaurario ac Lancicien6i Radomiens6q; capitaneo
Gabriele Carolo de Szczekarkowice Radomien6i
SERmae domine coniugis nostre curie magistro
ac Golmens6i capitaneo Castellanis, Joanne
LRzeczenbski Regni nostri vicecancellario ac

ac cracovien: et sancti Floriani in kliepar
preapoēlo. Phillippo Padnienski archidiacono
cracovien: et praepoēto Lancicien: Petro
Archidiaconi Varsgovien: Joanne Skaskoski
Lublinien: camerario secretariis nostris Nic-
olao Archidiaconi cubiculi nostri praefecto hu-
ius Crabio cracovien: ac Bartone: Liblinien:
capitaneo. Stanislao Miskowski de Miechow tes-
tibus cracovien: et nicisore meo, ac aliis quā
plurimis fide dignis testibus circa premissa
existentibus. Datum per manus praefati vener-
abilis Joannis Przerembski Regni nostri
Vicecancellarii ac cracovien: et sancti Flo-
riani in kliepar praepositi dilecti nobis dilecti.

Sigismundus Augustus Rex

Vexilliferatus Liublimensis

cs

morte Eneros: oslinski vacans ex
nevero Stā smogolskī vicecapitaneo Liublinen
ad vita eius extrema tempora aut maiores
dignitatis assecutionem est datus. Cui in
forma Cancellarie extradite. Vilne vn a die
Augusti. Anno n. d. l. iiii. Regni xxv.

Interpretatio iuris vitalicÿ super oppidum Rozmion et villas ad illud pertinen Nobilibus Joanni et Thome Dubrawskÿm

Sigismundus Augusty etc:

Significamus etc: Quod cum superiori tempore feria secunda postridie festi Marcie xxiiij in anno domini millesimo, trigentesimo quadragesimo octauo concessissemus ius adnitalitatis Nobilibus Joanni et Thome Dubrawskÿm fratribus germanis super bona nostra Regia oppidum Rozmion, et villas ad id pertinentes videlicet Dolzi, et Rze: Quozacz possessionatas. et desertam Bareÿ dictam in districtu Halicziensi consistentes. omnia tamen coram nobis constitutus vnus ex prefatis fratribus Nobilis Dubrawski exposuit nobis in literis adnitalitatis earum predictarum nomen ville vnius deserte nempe Grielsze esse omnino. Alterius vero partem deserte nuncupatam Bareÿ loco vbareÿ scriptum, cum Hubareÿ, et non Bareÿ scribi debuit, quod coram nobis literis originalibus quas super villas predictas summopere

in eis inscriptas habeant sufficienter comprehendi
ni quibus nomina villarum predictarum deberent
tam omissum quam mutatum nempe Schilcz
et Hubarej expresse contineretur, supplicauit
nobis ipse nobilis Dobrawski eius fra-
tresq; nomine, et cum eo quidam consiliarij ve-
stri, vt ipsis ea in re clementer prospicere
ac precedentes eisdem literas ni supplementis
priorum concedere dignaremur, Nos itaq; et
eorum supplicationibus, et quorundam consilia-
riorum nostrorum intercessionibus benigne an-
nuentes, declaramus literis diste nostreis, quod
tam omissio ville predicte vnius Schilcz,
quam mutatio alterius Hubarej nichil nimi
admitalitatis eorum Dobrawskis à nobis con-
cessa nocere debet, aut poterit in futurum,
Verum quod omissum aut mutatum est in
prioribus id nos in diste nostre cxpeditione,
ut vocant volumus. ipsosq; nobiles Joannem, et Ge-
orgium Dobrawskie in possessione pacifica et vsu-
fructu libero oppidi predicti Rozmicz, et
villarum ad id pertinentium vidt Dolki Rosz-
kowicz et Szielcze, et Hubarej nixta priorum
admitalitatis et presentes nostreas declaratorias

literas conservatores nos et successores nostros
ad vite eorum extrema tempora verbo pro Regio
pollicemur, neq; de eorum manibus oppidum vil-
las q; predictas ad fiscum mensam, regiam,
aut alium quemcunq; nostrum et Reipublice usu
et necessitatem redimemus nec emigrare redi-
mere permittemus verum eos ambos nisi mod
et unum quemq; eorum successum ni pro[illegible]
villarum predictarum quam dni decesserint con-
servabimus, et manutenebimus, successores no-
stri conservabunt, et manutenebunt. Post mor-
tem tandem eorum licebit nobis bona predicta
cum volumus redimere. salvis ibidem nobi-
bus nostris Regalibus. Literas autem easdem
nostras regie ac ut eodem tempore, quo superioribus
alias concesse fuerunt valere roburq; debitum
obtinere volumus. Cuius in fidem robur ac
evidentius testimonium sigillum etc: Datum
Vilne feria quarta ante festum sancti Laurencij
proxima Anno domini millesimo, quingentesimo
quinquagesimo quarto. Regni vero nostri
anno vigesimo quinto.

Venerabilis Joannis [illegible]
tus
rembski R[illegible] vicecancellarij
et Custos [illegible]

Quitatio ciuium Gedanen de amna pensione 1000 flor

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: quia à preconsulibus consulibusq; ciuitatis nostre Gedanensis ratione annue pensionis, 6nis consus pro ratte fest: Annunciationis beate marie virginis ui presentis millesimi, quingentesimi quinquagesimi quarti mille florenos monete Regni nostri per manus magci stanislai kaszka de stemberg palatini Culmensis terrarum nostrarum Prussie Gesamerarij, ac Gdanensis Lucensis personiumq; capitanei sincere nobis dilecti plenarie, et ni effectu accepimus et sublenauimus. de quibus eosdem preconsules et consules Gedanenses quietamus presentibus literis nostris quas manu propria subscripsimus, et sigillo nostro appenso communiri iussimus. Datis loco, die, anno quibus supra.

Sigismundus Augustus
Rex

Similis quittatio eorundem quorum et supra.

Sigismundus Augustus &c.

Significamus &c: quia à prouisoribus consulibusq; ciuitatis nrae Gedanensis ratione annua pensionis 6mic census pro ratha festi S. Michaëlis Archangeli anni praesentis millesimi quingentesimi, quinquagesimi quarti mille florenos monetae, et monetae Regni nostri per manus magci stanislai kostka palatini Culmensis terrarum nostrarum Prussie Pomeranie ac Culmensis, Inowlacensis, Dersthouiensisq; capitaneiatuum sincere nobis dilecti plenarie et in effectu accepimus et sublenauimus. De quibus eosdem prouisores, et consules Gedanenses quietamus praesentibus literis nostris, quas manu propria subscripsimus, et sigillo nostro appensi communiri iussimus datum Vilne die et anno quibus supra

Sigismundus Augustus
Rex

Alia similis quietatio eo: rundem etiam quoru supra

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: quia à proconsulibus consulibusq; civitatis nostre Gedanensis ratione annue pensionis ben ceneus pro ratha festi Circumcisionis domini anni presentis millesimi quingentesimi quinquagesimi quarti mille aureos vngaricales boni, et misti ponderis per manus magci stanislai Loska de stangenberg palatini Culmensis tesaurarum nrarum Lensiu thesaurarij, ac Golubensis, Lucensis dersto riensis capitanei sceneceie nobis dilecti pleno rie et in effectu sublenaminus. de quibus eosdem proconsules et consules Gedanenses quietamus presentibus literis nostris, quas in maiorem fidem et testimonium manu nostra propria subscripsimus et sigillum nostrum ipsis appendi mandauimus datis loco die anno quibus supra

Sigismundus Augustus rex manu

Confirmatio testamenti famati Joannis Labez ciuis Liublinensis

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc: Exhibitum nobis esse testamentum famati Joannis Labez consulis ol. Liublinensis in papiro scriptum sigilloq3 cuntatis obsignatum cuius tenor sequitur, et est talis. Judicium bannitum necessarium celebratum est in domo famati Joannis Labanz consulis Liu: blinensis per famatos Blasium czop consulem et advocatum, necnon Albertum klekot, matheum ancifaberum, stanislaum sadlowicz, Albertum kopschiczki, et Joannem kuchot scabinos Liublinenses Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo feria tercia carnis privij Coram eodem judicio bannito famatus Joannes Labez consul Liublinensis quamuis corpore languens sanus tamen mente, et bona rationis compos Iuris modi fecit testamentum suum, et ultime

voluntatis sue ordinationem. Jmprimis a-
nimam suam deo creatori suo, corpus vero
terre sepeliendum commisit. professus se
in fide catholica christiana tanquam verum
catholicum mori velle. Eandem debita el-
ti contracta recognovit, et denominavit, prin-
cipio apud Helenam Labatstova pro braseo
florenos quatuor. Jtem apud eandem
Helenam pro duabus tunnis mellis marcas
tredecem cum media se habere recognovit.
Jtem apud eandem Helenam pro una tunna
mellis ante nundinas s Simonis et Jude ac-
cepta marcas septem, et super hoc debitum
recognovit se accepisse ab illa rasa mixta ze-
stinum. Jtem apud martinum sellatorem
civem Lubicensem recognovit se habere de-
cem marcas fidemissoria pro Anna sellatoris
sellatoris sua uxore mixta inscriptionem in actis
advocati non ita pridem factam. Jtem
apud scadow in Belstede florenos duos pro
piscibus se habere recognovit. Jtem apud
martinum Bedellum grossos viginti quatuor.

Item apud valentu stanowa antigni debit. pro
mille marcas qruigz se dabere recognouit.
Item apud eandem Hedrigim Stanowa pro
duabus tunnis mellis, nunc proxime ante festu
s Simonis et Jude acceptis quatuordecem
marcas, et super hoc recognouit se ab illa ac-
cepisse cera lapidem unum, et libras septem
plus minus. Item apud Joannem kusk
bik pro tribus tunnis mellis per septem mar-
cas minus sex großis se habere fassus est.
Super quod se accepisse recognouit ab illo
cera lapides duos, et libras duodecem plus mi-
nus. Item apud marcum Calleatorem et
Reginam uxorem illius pro duabus tunnis
mellis marcas quatuordecem se habere recognouit,
super quod se accepisse fassus est cera lapis
unum, et libras octo plus minus. Item
apud famatum xcholam Milanowski recogt
se habere pro duabus tunnis mellis marcas
quatuordecem minus duodecim großis. Item
apud Gwenß in Zanowicz quatuor florenos
se habere fassus est. Item apud Szczigiel
in Lamborzicze rebelm quod super se prime

accepérat, et sepius non exhaliderat, et pro
fatcastro filio suo efidemo o rosbos vginti-
cinco vel vltra. Jtem apud Drigala pastorem
in subnebio marcam pecunie mutuate se habe-
re recognouit. Jtem apud Jvrek in Elo-
vsovicze pro fatcasteis grossos treginta ecz
super quod dedit vasculum cerevisie Cazimirz
Jtem apud Vrsulam kowaliowa in subnebio an-
sus pro dorto fertones nouem se habere recogt.
Jtem apud Cominek pellionem marcam vna
cum media census ab dorto se habere fatcas
est. Jtem apud Gniewem krcs in Bez-
sseh residui de quingentis florenis duocentos
treginta duos florenos se habere recognouit
Ex quibus matthias Lasckosch qui cum eo in
bobus commercium habuit viginti marcas
accipere, et mutuo labore, et sumptu debitum
hoc exigere debet vixta concordiam in actis
consulaticibus contentam. Jtem apud
Petrum Thomasowicz florenos quinq; residui
de decem florenis debiti illi in actis obli-
gati se habere recognouit. Jtem apud ma-
thiam Casprowicz consulem Lublinensem

cemenli non extimoli cistas magnas quinigs
Item apud Holenam Labatkowa pro medio ars:
tuali medonis großos quadraginta. Item
apud Bolibzuch de krzpicz pro duabus falon:
steris per sex großos. Item Albertus le:
pitho de domo matheie Zuwarz pro falcastro
großos sex Item stanislaus kotzkarz censum
ab Sollodio pro festo Lasce marcam solvere te:
netur. Item recognovit se habere sex ple:
ssek et quinigs obrzezkow aremorum a Joanne
Slatnerz vi sex florenis minus duodecim gris
invadiata. Item apud Jaroslawa de Cracovia
pro prætexta margaritha florenos viginti se
habere recognovit, cuius uxori sue Anna legavit
et pro membrana, apud stubellam destrictam
großos orto Item apud stanislaum a
Zwarthak pro tribus centenariis, et uno lapide
salis per triginta groschos se habere fassus est.
Item apud Anrkowa pro duobus cum medio
centh et uno lapide salis per triginta großos
se habere recognovit. Item apud antiquum
krasigroslawa pro tribus centh salis ffl tros.
Item apud Joannem Gibel recognovit se habere
triginta unum florenos. In quibus recognovit

6c habere cifum argenteum deauratum, et
annellum aureum cum turco lapide.
Item recognouit se nichil eniquam tenere.
Item recognouit quia reformationem exoris
sue Anne ni actis aduocati Lubluenensis
habetam ni suo robore reseruauit. Et mouy
eidem Anne florenos quinquaginta legau:
nit, bona quoq3 illius paterna preoperia illi
libera manebunt. Item eidem uxori sue
legauit ut fruitionem omnium bonorum suoz
immobilium cum pueris suis omnibus tam:
tisper, donec alteri marito non nupserit,
quampriumum uero alteri marito nupserit,
Extunc promissionem talium bonorum exe:
quutoribus infrascriptis committit, ut liberos
et bona prouideant. Item recognouit quia
hereditatem omnium bonorum suorum
immobilium omnibus pueris suis tam ex
priori quam ex moderna uxore procreatis in
equalem diuisionem legauit. Item reco:
gnouit se habere domi enfam mellis bra:
xati vel plus. Item recognouit se habere
tres annellos aureos unum signetum aureu
in pondere octo plus minus aureorum. Al:

terum cum lapide Aneco, et trecenum cum la-
pide rubeo, quem dorotheæ filiæ suæ legauit.
Et duos superiores annullos vendere, et pe-
cuniam pueris omnibus asseruari legauit.
Item subdiaconam mexedrinam panni Pue-
rperiensis exequtoribus vendere, et pueris
omnibus pecuniam asseruari mandauit.
Item vestem nigram panni Italiæ vendere
et pueris omnibus pecuniam asseruari man-
dauit. Item pacificale parvum argenteu
ni ponderis medie marce argenti plus mi-
nus dorotheæ filiæ suæ legauit. Item
aliud pacificale argenteum deauratum Anne
uxori suæ legauit. Item crucem cum
calthemula argentea deauratam eidem Anne
uxori suæ legauit. Item recognouit se debere
semidolium vini ni relarii pro quo dedit flo-
renos quadraginta quinq de quo illi nam uxor
dedit florenos quatuordecem. Item unu
fontale plus minus Bacilam. Item recog-
nouit se habere in parato florenos septua-
ginta, ad quos addere misit ex vino, et me-
done florenos triginta, ut sint integre flore-
ni centum pecunie quos misit soluere Jo-
anni Solliera, cui etiam alios centum

florenos se debere recognouit, quos illi demon-
strauit ni domo famati olim Jacobi Lanczk:
uixta niscriptionem illi ni actis consularibus
factam, de quibus trecentis florenis iam cu
Joannes Schewa quietauit. Item recognouit
qui post olim priorem consortem suam so-
rotheam decem marcas pecunie accepérat, quas
filie sue Dorothee loco bonorum maternorum
legauit. Et si quam reformationem dotalicij
eidem priori consorti sua fecerat, et se fe-
isse dicebat de libero suo arbitrio, sed do-
talicium quandoquidem cum ea mortuum est
et ille recognouit niscriptionem per se illi
factam nunc ni presentiarum cassare, et
mortificare perpetuo, et ni irrum. Item
recognouit quia filiæ sue olim Eue exego-
rij amicicijs consorti integrè reddidit soro-
tem suam paternam, et maternam ad eam perti-
nentem, nimo plus illi debere dicebat quam
debebat. cum filio nisgáli et nepoti suo mar-
cas decem, et sortem iacentem penes Sorot-
sum ex una, et Andreæ Stanzinka ex
altera partibus perpetuo legauit. Item
recognouit se habere ni pecunia frustulam
argenti, et binas fibulas argenteas omia

ni ponderis vnius marce plus minus argenti
et terciam fibulam cristalinam que omnia
pueris suis omnibus ni equalem diuisionem
legauit. Item dorothea filia sua legauit
cingulos duos, vnum argenteum deauratum
ni ponderis trium plus minus marcarum, et
alterum album minorem ni ponderis quatuor:
decem solorum argenti. Item eidem Do:
rothee duas pretextas margaritheas, et collarium
margarithenum legauit, et alterum collarium
vendere mandauit, pecuniam vero omnibus pueris
ni equalem diuisionem legauit. Item quid
filiam suam habere. etiam recognouit vestes duas
de Adamasco, et alias vestes sibi per eum com:
paratas, et tria pallia, et Lubka argenteam
eidem legauit. Item si contigerit prospere
desponsacio filie sue Dorothee, extunc com:
mittit executoribus vt eidem filie sue mar:
cas triginta ad priores decem marcas scrip:
scriptas de pecunia ex debitis colligenda dent.
Quum vero alii pueri eorum filie sue moderne
ad annos discretionis peruenerint. Extunc
illa eorum triginta marcas reponere, et bona
omnia sibi puerisq3 prefatis omnibus ni e:
qualem diuisionem edere debebunt. ad que

illa niberoße non habebit, quoad alij pueri ad:
leverint, quam vxor vbq; ad deßponßationem
fonere debebit. Jtem recognovit se ha:
bere macellum niber macella emilie à famato
Adamo Chrzimiczki emptum quod se illi sol:
vißе diceбat, cuius quantus similes non
novit, peciit tamen dominos omnes vt sua
operam adhibeant, qui pueris suis distribu:
tur, et aßignetur. Jtem commisit exe:
qutoribus infrascriptis vt krughka apud ho:
stia Ecclesia parrochialis Lublinensis mu:
ro erigant à parte mansionaria, postesq; la:
pideas decentes construant. Jtem apud
Letrum Thomaßovicz duos lintreo emeti
et mille lateres se habere recognovit. Jtem
in laterificio veteri ad treginta lintreos ce:
menti plus minus se habere faßus est.
Jtem recognovit se domi habere sepi cudi
ni valore circiter florenos viginti, quod ven:
dere nisus est, et pueris suis omnibus ni equa:
lem diuisionem leganit. Jtem recognovit
se domi habere cochleares decemseptem quos
pueris suis omnibus ni equalem diuisionem
leganit. Jtem apud Jacobum natßuela
recognovit se habere lapidem magnum Leßczyńsk

quem illi ad petita domini Lubomelski ni mv:
tuum dedit, quem ad eandem krugsta leganit
ad postes, et alios lapides emere incepit, sub qua
etiam krugsta sepulturam fuerei suo leganit.
Item stannum totum quodcunqz habet uxori sue
Anne cum pueris suis omnibus ni equalem
diuisionem leganit. Item lapidem gravem
recognouit se habere sub muro retro domum su:
menatoris pro eadem krugsta. Item lapidem
supra sepulchrum emendum commisit. Item
recognouit se habuisse quondam apud se marcas
triginta pecunie Ruskowcij consanguinee sue,
de quibus cum illi olim Benedictus scriptor li:
tem moueret recognouit se plane totas triginta
marcas in eandem litem impendisse, quas si
habere voluerit eandem pecuniam extunc illi marc:
as quindecem dandas leganit. Item recogn:t
quia quinque Jacobi fumificis habet apud eu
vasculum argenteum, et oranea coralina, duos
scutellas stanneas, et cantarum stanneum,
quam etiam recognouit recognouit sibi tenere de:
litem victus regestrum. Item recognouit
quia quinquaginta florenos quos uxori sue tunc
ad reformationem illi factam assignauit dandos
illi commisit per exequtores infrascriptos de

debitis collectis. Recidmum vero pecunie si qd
superfuerit exequtores pueris omnibus ni æ-
qualem divisionem observare debebunt. Item
recognovit se habere summi exacter pro-
quadringenta florenos domi et hollodie. Cuius
quidem testamenti sui exequtores et fidei co-
missarios uxoremq; bonorum, et liberorum suor
tutores famatos Joannem Limbomelski, et
Nicolaum Milanowski consules, et Petrum
Thomasconiz notarium civitatis Lublinen
constituit propter Deum orans vt tale o-
nus in se acceptent. Ex actis testamen-
tarijs advocati, et scabinorum Lublinensium
extractum. sub sigillo scabinorum. Supplic.
atum nobis est, vt hoc testamentum hic in-
sertum authoritate nostra Regia approbare, co-
firmare, et ratificare dignaremur. pront leis
hisce nostris approbamus, confirmamus, et
ratificamus decernentes illud quantum de
iure est robur debitæ firmitatis obtinere de-
bere. In cuius rei fidem etc. Datum Vil-
na die xa Augusti Anno. m°. d°. l°. iiii°. Regni
vero nri xxv°.

eiusdem cuius supra

Consensus nobili Joannis

Dnbrawski datus, vt possit et valeat nobilem Thomam Dnbrawski fratrem omnem Germanum ad possessionem bonorum nostrorum, quae à matre Dna nobili Zophia Dnbrawska ab annis aliquot vsubenbr nostro resignata habet, videlicet oppid. Rozmion, et villarum dicti Lezewoziez possessionatarum, et szielsk ac Herbarij desertarum: admittere. Litera in forma cancellariae solita extradita Vilna die 6. Laurencij Anno dni M°. D°. L°. iiii°. Regni vero anno xxv°.

Rtio vt supra

Quietatio civium Gedanensium de annua pensione 1000 florenorum

Sigismundus Augustus etc: Significamus etc: quia à proconsulibus consulibusq; civitatis nostrae Gedanensis ratio: ne annua pensionis seu census pro vacua festi sancti Michaëllis anni praeteriti: duobus millibus quingentis quinquagenis secundi mille

florenos monete et monete Regni nostri per
manus magci stanislai kostka de stangenbergk
palatini Culmensis terrarum nostrarum Prussie
thesaurarii ac Colubensis Lucensis dersto-
mirnoscq; capitanei dilecto nobis littere pre-
narie, et in effectu accepimus, et cognouimus
de quibus eosdem procuratores, et consules de
damnosos quietamus presentibus literis
nostris quas in maiorem fidem, et testimo-
nium manu propria subscripsimus, et sigillum
nostrum eisdem literis appendi iussimus
Datum Cracouie sabbato post festum sancti
Laurencii proximo. Anno domini m° d°lo°vi°
Regni vero nostri anno xxv°

Sigismundus Augustus Rex mp

Similis quietatio eorundem quorum supra

Sigismundus Augustus etc.
Notificamus etc: quia à procuratori-
bus consulibusq; ciuitatis nostre Cracouien

ratione annua pensionis 6nii renens pro
rata festi Annunciationis beate marie virginis
anni preteriti. millesimi quingentesimi quin-
quagesimi tercij mille florenos renenzi et
monete Regni nostri per manus magci. Sti
Kostka palatini Culmensis terrarum Cuyaw
Prussie thesaurarij ac Culmensis. Pucensis
dece Gomiensisq3 capitanei. Princeps nobis dilecti
plenarie, et in effectu accepimus, et sublena-
nimus. de quibus eosdem prorogentes, et
renentes quitamus presentibz
literis nostris, quas manu propria subscri-
psimus, et sigillo nostro appenso roborari
fecimus datis loco, die, anno quibus
supra.

Sigismundus Augustus Rex mpp

Alia similis quietatio etiam eorundem quorum et supra

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. quia pro prorogent.
bus renentibusq3 civitatis nostre Gedanen

ratione annue pensionis, ben rensw pro exhi-
festi sancti michahelis Archangeli anni preter-
riti millesimi quingentesimi quinquagesimi
tercij mille florenos numeri et monete Regni
nostri per manus nobilis stanislai kostka de
Stangenberg palatini Culmensis terrarum
nostrarum Prussie thesaurarij ac Culmen-
sis, dessjonmenbigh capitanei Nouen-
nobis debiti plenarie et in effectu accepimus
et sublevamus. De quibus eosdem procuratu-
los et omnes alios quietamus per
sentibus literis nostris. Quas in maiorem fidem
et testimonium manu nostra propria subscri-
psimus, et sigillum nostrum eisdem literis
appendi iussimus. Datum Vilne loco die,
anno quibus supra.

Sigismundus Augustus Rex mpp

Prarogatiua quedam ci-
uitati Krzemyenicensi data

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei

memoriam. Cum in rebus humanis nihil sit fir-
mum, et stabile, sed fluxa et caduca omnia, so-
leat reges et principes quorum memoriam vo-
luit esse perpetuam ea literis commendare.
Leonide nos Sigismundus Augustus dei gra-
tia Rex Polonie, magnus dux Lituanie, Russie
terrarum etc. Significamus etc. Quod nos
commendatam habentes fidem, et in constitu-
tione civitatis ordine civium nostrorum LRze-
mistiensium diligentiam, cupientesq; ut tene-
pore successor civitas ipsa magis augeri, au-
gmentariq; possit. Ipso. civitati nostre LRzemi-
stiensi preconsuli nunc cum consulibus totaq;
communitate vectigalem seu vasorum portatum
Srotarestwo nuncupatum, salariumq; inde
proveniens, tam a civibus quam ab omnibus
liquoribus ac specibus potus, quam ab ipsa
civitatis fundatione obtinuere, literas autem
nullas super eadem habere se, coram nobis
affirmabant, damus, donamus, conferendum
et assignandum perpetuo duximus, damusq;
donamus, conferimus, et assignamus presentibus

literis temporibus perpetuis. Quoniam autem
emos xpō. Leemisshienses non parvam impen-
dijs ex proprio ere instructuram libastrat:
impenderunt ad purgationem à sordibus at
vetus, tum et ad reficiendū ac restaurandū lib.
straturn, quod sepe per onerates curvus vetu-
rum et aliorum duci solet, impendere dig-
ceps egentur, damus eis eam facultatem
ad beneplacitum tamen nostrum à singulis
curribus, in quibus aliquis extraneorum fo-
rinsecum, cuiusvis vectorum merces aliquas, aut
annonam seu frumenta cuiuscumq; gra-
ad eam xpi eam civitatem Lremisshiensem ad-
ducet, et adveshet, equosq; ni curribus civitatis
aut plateis pabulabit per tres denarios exi-
gendi, quam pecuniam non ni alium usum
quam in hospitate restauriationem pregrinorum
nemq; civitatis, et murorum reparationem
convertī per eos volumus. Eorundem
etiam civium supplicationibus adducti testa-
menta omnia quaecumq; à fundatione civi-
tatis mitra, et extra eandem civitatem

ad eam vsq; diem per quascunq; personas
nostr, et legitimè veram advocato, et scabinis
Leomischiensibus condita sunt, quæq; successu
temporis postea nostr, et legitimè videantur ap-
probanda, confirmanda, et ratificanda duximus
approbamusq; confirmamus, et ratificamus
presentibus literis Nostris robmusq; debitum
eis impertimus temporibus perpetuis, ita, vt
amplius ea à nobis confirmari non oporteat.
Quoniam autem exposuerunt nobis cives ipsi
Leomischienses per quosdam homines seditiosos
in rebus etiam parui momenti de ex mi-
dibus una ciuili ad iudicium communiter
vocari, simplicibusq; mumbus gravari, Eorum
itaq; supplicationibus et quorundam consili-
orum nostrorum interuentionibus adducti: hæc
prærogatiuam illis damus, et concedimus:
Quod ni cause tam realibus, quam perso-
nalibus coram nullis communibus nostris in
prima instantia respondere teneantur, com-
missionesq; per nos date nullius roboris
et momenti esse debeant, sed coram iudicio

Cum eiusdi competenti vnus quoq; eorum
missionem convenire debebit, nisi vero per
appellationem ei alteri parti videbitur al-
ius nidominusq; nostrum revocari poterit. In
quorum omnium fidem, et testimonium si-
gillum nostrum presentibus est appensum.
Datum Vilne in vigilia Assumpcionis bea-
tissime virginis marie. Anno domini m°
d° l° iiii° Regni vero mei anno xxv° Lec-
tis quibus supra.

Dominus
Cum suis supra.

Confirmatio literarum occasione limitationis bonorum Typin. et Krodeck ac Rudeschewo

Sigismundus Augustus etc.
Significamus etc: Exhibitas coram no-
bis literas pargamineas sigillo ap-
penso Clementis olim Goltardi de eodem

Mÿrzewo terra Belzensis successerañ omnium
nitus. Limitationem bonorum, et villarum Cÿ-
prini ex una, Et Grodek, ac Xiędesgewo parte
ex altera in se continentibus salinas, nitygras,
et mulli suspicionis obnoxias, Supplicatumq; est
nobis per certos consiliarios nostros nomine
Nobilis Sgwab vt eas innovare, ap-
probare, ratificare, et confirmare dignaremur
Quarum Smt hec verba. Nos Gotthardus &c.
ves de Mÿrzewo terra Belzensis successorum
Generalis. recognoscimus presentium tenore qui-
bus expedit vniversis presentium noticiam
habituris. quomodo inter nobiles, et dominos
et inter bona hereditaria ipsorum limitaneos
et Granicies fecimus perpetuas. hoc est inter
villam Cÿprini Nobilis Joannis alias Sgwab,
et inter villas dictas Grodek, et Xiędesgewo
Nobilis Xiążki volsgkonis. Et hoc taliter, quod
incipiendo a stagno alias od błotka prosce-
vadunt Granicies per mericam usq; ad flu-
vium Wzwÿ, et per dictum fluvium Wzwy
vadunt sepuli et Granicies usq; ad quzadam
droga, et ulterius vadunt sepuli ex ambabus

partibus vie videlicet czrzundmiri, et istam
viam czrzadna, que ipsos dividit inter villam
Kiedoschowo hoc limitaneum inter ipsos
ex ambabus partibus vie vsqz ad granicias
X Ludzowczskie. Et ulterius limitaneum se-
quitur inter predictum nobilem Jaxam
Swab, et inter nobiles Ulricum et Andream
haeredibus de Ludborzie, et hec taliter quod
incipiendo a czrzadnei drogi, et ita vadunt
granicia et corpnik padolem vsqz ad vnam
et per vnam vadunt padolem vsqz ad aliam
dnam viam, et a czrzadna via vadunt per
mediam vsqz ad summitatem alias Vrechs
Rogami ad granicias. Et ulterius li-
mitaneum inter predictum nobilem Jo-
annem Swab, et villam ipsius Tüpin
et inter nobilem quendam a Rogami et
X opidum ipsius vsqz Rogamie, videlicet hoc
latus, quod incipiendo a summitate alias
ad vnam Vrosczkiego, et predictum
stagnum alias bloth pertinet super Jo-
annem Swab mixta quod semper vadunt

et scopuli vadunt mixta stagnum alias Lobl
blota vsq3 ad gramicios domini Joannis Lu:
kaszewski. Et ulterius limittamus sco:
pulis inter nobilem Joannem Swab. et ullo
cuis Dyön, et inter strenuum Joannem
Lukaszewski et villam Mlnis Lesste, et sic
talibus quod recipiendo à gramicibus Rasa:
nyc. Et qui ipsum Joannem diuidunt sgnat.
et inter strenuum Joannem Lukaszewski
inter Lesste, et inter Dyön, et veniendo
ad psecimtam Leostego vadunt per os blota
scopuli vq3 ad gramicios Cudenses,
quas dictas gramicios, per nos succame:
ratum Bolzenscm Gotfardum Cygnis li:
mitamus, et scopulis ni perpetuum, et
ni avum. In cuius rei testimonium nu:
strum sygillum presentibus est subappensu
Actum, et datum ni. nizewo feria secunda
proxima ante festum sancti Joannis Baptiste
Anno domini millesimo, quadringentesimo
quadragesimo sexto. Presentibus domino
Joanne Mogero de Lzewodowo. Dobeslao de Ste.
niatino. de Dzierzanowo. Nicolao de Swaclowo.

1446

Joanne Cozd. Stanislao de Gnesnicze, Et
alijs quam plurimis fide dignis. Nos itaq;
supplicationi emismodi annuentes, presen-
sertas literas, et omnia ac singula in eis
contenta in omnibus earum condicionibus
et articulis innovandas, approbandas, ra-
tificandas et confirmandas duximus, in-
novamusq; approbamus. ratificamus, et con-
firmamus, ac robur debitæ, et perpetuæ
firmitatis habituras decernimus quantum
de iure est, in usuq; et possessione conti-
nua eorundem bonorum sint, et debeant
esse. In cuius rei etc: Datum Vilnæ
feria tercia in vigilia assumptionis beate
Virginis Marie. Anno domini M° D° L°
1554 Regni vero nri anno XX°

tio

cuius supra

Donatio perpetua pra
torum Loiove di Etor
Mag^co sta^o comiti de Tengin

In nomine domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lit: Vaniæ, Prussiæ terrarum Cracæ &c: Significamus &c: Quod nos gratiam nobilis nri stanislaum comitem de Tenczin palatinum Sandomiriensem, et Lublinien Belzensemq; capitaneum pro eius ni nos meritis testatam facere volentes. Ipse. et eius legittimis successoribus sexus utriusq; prata nostra Lowowe dicta ni terra Belzens: sita inter bona nobilium stanislai, et Joannis Zulinskich villas Zerniki, et Ratiszow, ac bona melsciorum schesznich Lodziedow, tunc villa Lieniany, michaellis Witkowski iacentes landa, donanda, et conferenda duximus, damusq; donamus, et conferimus praesentibus literis titulo mere, pure et irrevocabilis donationis. Ex ipsum nobilem stanislaum comitem ni Tenczin et eius successores utriusq; sexus prata predicta Lowowe dicta cum omnibus ad eas pertinentibus ut ni suis metis, et limitibus consistunt, et ab aliis

fundis vicinis omnibus distincta, et delimitata
tenenda, habenda pacifice, et quiete possiden-
danda, donanda, vendenda, commutanda
et ni eos quos illi voluerint vsus liberi ex-
cercenda temporibus perpetuis. Nichil nobis
et successoribus nostris nisi dominij, et
proprietatis ad prata predicta reservam
Sed totum in ipsum magcum Stanislaum
comitem de Ostrorog et eius successores
transferendo temporibus perpetuis. In
cuius rei fidem, et testimonium manu no-
stra presentibus subscripsimus, et sigillu
nostrum appendi mandauimus. Datum Vilne
anno die Assumptionis beatissime virginis
Marie. Anno domini m° cccc° lxiiij° Regni
vero nostri anno xxv° Quatuor ut supra

Sigismundus Rex manu propria

Judicatus terrestris Cali-

siensis per electionem ex eo Laurencij Nicolai
Lanczki indricis Calisiensis ad castellanatus

Camenensem vacans Q Egregio Sta Visonli notario terrestri Calisiensi est datus. Littere in forma Cancellarie solita extradite. Vilne die xviii.a Augusti. Anno domini M.o D.o L.o iiii.o

Rtio vt supra

Castellanatus Kipinensis vacans

per liberam resignationem Q Egregii Jacobi Szczepski castellani Kipinensis, Q Egregio Lotro Szczepski filio eius datus. Littere in forma Cancellarie solita extradite Vilne die xviii.a Augusti. Anno M.o D.o L.o iiii.o

Rtio vt supra

Donatio pomarii extra muros Lublinenses mag.co Stanislao comiti de Tenczyn etc:

Sigismundus Augustus etc Significamus etc: Quod comparens

personaliter coram aule nostre Regie Consessu
sus Joannes Charlieste de Charliask ser^me
domine comitis nostre Charissime dispensatam
Hæredes sortis sue Dorti seu pomarij extra
muros Lublinenses consistentis post mortem
olim famati Joannis Domarath quondam mee
successionis ad se pertinentis. Recedens
à terris, et districtibus suis gubernatis pre-
fatis, ac à nice emili magdeburgensi, cepit
ac bona sua quoad actum presentem bene
placiti nobtra Regali incorporando
animo mente, et voluntate, beneplacito deliberatus
palam, publice, et per expressum recognouit
suam totam, et integram sortem suam here-
ditariam Dorti prefati in subnotis scripta
sciam nostram minorem Lublinensem
consistentem, quam habet nitur alios consor-
tes suos post mortem olim Joannis Doma-
rath derelictam cum totali ipsius sortis he-
reditate, ac cum omni iure dominio, et pro-
prietate, titulogz hereditario, necnon cum o-
mnibus ad ipsam sortem Dorti seu pomarij
pertinentibus, et quomis modo spectantibus

et vtilitatibus vniuersis, quibl nunc, dominij
et prospectabilis, et quocunque vsufructuum
et vtilitatum in preadicta sorte sorti pro tc
et suis successoribus reservando, et exipiendo
ta lati, et longi, circumferencialiterq, present
preafata sortis haereditas tc ni suis metis
et limitibus extendit, et present eam solus
temit, habuit, et possedit, motu officiorum
ni tc praestitorum. magco sta. comiti in
Thenzin palatino Sandomiriensi Lublin:
nensi, Belzens. Re: capitaneo dedit, donauit
perpetue, et in aevum irrevocabiliterq. Ler
preafatum magcm stanislaum comitem in Then:
zin, et suis successores tanquam veros, et
legitimos haeredes preadictam sortem sorti. tcn
pomarij tenendam, habendam, et perpetue possi:
dendam, et ni usus beneplacitos commutandam.
Et iam preadictus Joannes Sarbiewski prae:
fato magco stanislao palatino Sandomiriensi.
extunc dedit realem intromissionem, et actua:
lem possessionem per ministerialem terrestrem
quemcunq; sibi ad id de nouo adductum elegerit
in preafatam sortem sorti, seu pomarij, et debet

predictus Joannes Charliński, et eius successo-
res præfatum nob[ilem] Stanislaum comitem in
Oświęcim cum eius successoribus ea[dem] ratione præ-
missorum tueri, eximere, et eliberare, pacifi-
care ab omni impetitione inimica, ab ordine
personis sexus utriusq[ue] per præscriptionem
terrestres spectant ad aliquam præscriptio per-
tinet terrestris, quoties ei[us] nob[ilis] Stan[islaus] comiti
opus fuerit, sub damnis terrestribus, nulla
re exquisita ipsum evadent. Quam
quidem generosi Joannis Charlińskii ratio-
nem nos suscipientes ratam, et gratam
habemus, atq[ue] eam robur debitum habere
volumus. In quorum fid[em] &c: datum Vil-
na die xx[a] Augusti Anno n[ostri] d[omini] 1[5]6iii[o]
Regni vero Cur[ie] anno xxv[o]

Ad tio Cuius supra.

Condescensio de Aduocacia villa Brzezie nobili Nicolao Zaluskowsky

Sigismundus Augusty Dei.

Significamus Tenore Quod nos ad interces-
sionem generosorum consiliariorum nostrorum, Nobilis
Jacobi Zalusczowski recepimus et admisimus
ut possit advocaciam in villa nostra Brzezie in
districtu Camenicensi sitta fideli suo videlicet
Nicolao Zaluszowski reddere, eta vt recepimus
illi et admittimus praesentibus literis nostris,
Quam quidem advocaciam ita per cessionem
adeptam, praefatus Nicolaus Zaluszowski te-
nebit, habebit, possidebit, et ea utifrenetur cum
omni iure dominio, et proprietate, emnibusq; ei-
bus ad eam pertinentibus quemadmodum eam patre
illius praefatus Jacobus Zaluszowski habuit, et
possedit. Ac volentes nihilominus praemissa
rerum nostrarum in toto salvo facere, cum in
possessione advocaciae praefatae relinquendum, et
conservandum duximus, relinquimusq; et
conservamus praesentibus literis nostris ad
vitae suae extrema tempora. Omittentes verbo
nostro Regio pro nobis, et Successoribus
nostris, Quod quam diu vixerit, nemini nos
eius de praefata advocacia eadmiere permitte-
mus, neq; successores nostri permittent. Sed

negꝫ nos ipi, aut stri successores nostri
pro fisco, mensa, aut alia quacumꝫ nostra
et rei publice necessitate redimere succes-
soresꝫ nri redimant. Sed cum in ipsorum
et pacifica possessione advocacie prefate quam
dni vixerit conservabimus, successoresꝫ
nostri conservabunt. Quocirca antedicto enim
successoribus eius summa pecunie ni literis
descripta originalibus persoluta fuerit: possessi
one cedere tenebuntur. In cuius rei testimo-
nium Nos: Datum Vilne feria quarta an-
te festum sancti Bartholomei. Anno domi
M°. d°. L°. iiii°. Regni vero nri anno xxv°.

Per dnm
comitem Cupra

Confirmatio actus commissa-
rialis ocasione redempcionis bonorum
ville Krosznno Liemanie dictorum

Sigismundus Augustus etc.
Significamus etc. Productum nobis

esse pro parte Generosi Raphaelis Ziakÿnskÿ
capitanei nostri Brodnicensis actum commissarei
cum nostrorum inscriptum, atq; explicatum
finisse vt cum approbare, confirmare, et rati:
ficare dignaremur. cuius tenor est hic Actum
in villa Regali Lenschino in terra Culmen
ad capitaneatum Brodnicensem pertinente feria
in crastino festi sancti Adalberti pro:
xima. Anno domini millesimo, quingentesimo
primagesimo tercio coram nobis melsiore a
Mortangen spectabilis Lomeranie. Georgio Ra:
Zimienski. Jacobo ostrowicki sabinis terre Cul:
mensis tanquam commissariis Gracia, et side
M.R. domini nostri clementissimi ad actum
presentem inscriptum datis. et specialiter
deputatis. Generosus dominus Raphael a
Ziakÿn capitaneus Brodnicensis exhibuit com:
missionem S.M.R. in hanc inter eundem Gene:
rosum capitaneum Brodnicensem prefatum ab
una, ac providos Joannem, et Nicolaum Lis:
manÿ de villa predicta Lenschino de et super
redemptione bonorum Regalium Lismanie
mencionata de manibus predictorum Lisma:

norum, ita pront commissio n. R. dispositis
disponit emanatam, cuius tenor de verbo ad
verbum sequitur, et est talis. Sigismundus
Augustus dei gratia Rex Polonie, magnus
dux Lituanie, Russie, Prussie, Masouie etc.
dominus et heres. Quemadmodum nobis à nos-
tris fidelibus Comparatum est, Quod
Kazimierski Jacobo ostrowicki scribius terre
Culmensis fidelibus dilectis gratiam nostram
Regiam. Quemadmodum fideles dilecti, tullimus
non ita pridem Gedanii decretum nobis
remissa, ex quibus nobis nitere Quemadmodum Re-
spectum Kialinski capitaneum nostrum Bro-
dnicensem ab una, Et prouido Joannem, et
Nicolaum Lismanij de villa nostra Lanscino
ad capitaneatum brodnicensem spectante, et
pertinente de et super redemptione bonorum no-
strorum Lismanie mempata de manibus ipsor
vigore literi consensus nostri spes. capitaneo
per nos necessi coram certis nostris commis-
sis cognita, et tandem per appellationem ad
nos devoluta. Quo quidem decreto nobis, quod

ipſe capitaneus ipsos rebelles, et inobedientes assimabat, et propterea ipsos de bonis praefatis eo nomine ex nostra sanctione redimi posse vetabat, bona ipsa pro illa vice ex certis rationibus exempcionem minime obnoxia esse volumus, at in eorum possessione ad praesens conservaniums, ac ipsis Lemanum certum modum, et ordinem obediendorum omnium, atq; debiti officij erga nos Bredmicenses praestandi solitis, et consuetis praessentibus, et praefinivimus, idq; ea lege, et si postea rebellio, et inobedientia, vel in praestando officij debito negligentia per ipsos commissa per praefatum capitaneum nostrum probata fuerit, ipso facto exempcioni subjiciendos fore declaraniums et pronuncianiums. Qui vero ipse capitaneus nostre plurimorum hominum fide digneorum testimonijs coram nobis exhibitis sufficienter rebellionem, et inobedientiam ipsorum iam probaverit, atq; docuerit, supplicavit nobis, ut tandē decreti nostri executionem debitam fieri mandaremus. Quod quidem cum aequitati consentaneum esse censeamus, tum vero ut decretu

nostrum debitum effectum forciatur exigimus
Vobis de quorum in rebus gerendis dexteritate
plenissime confidimus. id totum quicquid vel
negocij committendum duximus, committimusq3
presentibus, mandantes. vt statuto inter eos die
et tempore competenti ad bona Crossiw nostra
Lieuanie prefate descendant, vocatisq3 ad eam
presentiam partibus quarum interest, nullam
aliam probationem rebellionis, et inobedientie
quam eam que coram nobis declarata, et re-
producta est, cui iam fidem habere debent pre-
sentes, vel potius intuentes nullius prorsus
et ipsius misticie rationem habeñ, in quo vre
conscientie onerate sint, ipsos Lieuanum de
bonis prefatis summam pecunie, si quam literis
et priuilegijs autenticis habere docuerint, et
ostenderint a prefato capitaneo nostro tolli, et
de bonis vndecumdecim contradictione, et remi-
tentia ipsorum Lieuanor, atq etiam appella-
tione ad non sicñ minime obstante faceñt.
Quod si vero summam in literis ex pressam
non habuerint, neq probauerint, extunc ex-

bona ipsa iuxta consuetudinem in talibus servari
solitam taxent et secundum taxam summam
ipsam per capitaneum regni et ab ipsis tolli de-
cernant. Possessione bonorum eorundem ipsos pri-
vando, illamque capitaneo eius assignando. Et quicquid
in premissis fecerint, atque decreverint, id a pue-
blos firmiter teneres, et observare vadijs debi-
per authoritate nostra adhibitis premuniant,
dentijs operam et decreto nostro, et commissioni
satisfiat. Quibus absentia non obstante Gaetana
pro officio suo, et gratia nostra. Datum Cracu-
vie feria secunda post dominicam Judica Anno
domini m° cc° iiij°. Regni nostri xxiij°. Com-
missio Gaeta. Ex propria. Eandem praefa-
tus Brodnicensis capitaneus, pecit quatenus vigore
commissionis praefate praedictos Lichmanj de
bonis praefatis summam pecunie si quam liti-
ris, et preuilegijs authenticis habere deberent
seu demonstrarent ab ipso tolli, et de bonis
eisdem satisfieri authoritate Regia et vigore ui-
missionis decreto nostro faceremus mandando
etiam Regio decreto inter ipsos Lichmanj
et praedictum Brodnicensem capitaneum causam
premissorum per certum Regium Gedanj late

ennis series sequitur, et est talis. Sigismundꝰ
Augustus dei gratia Rex Lolomie magnus dux
Lituanie Russie Lensie nec Lomie Dec. domi:
nus et hares. Significamus tenore presen:
tium quibus expedit universis, et singulis,
quod cum nuper, et adhuc inter generosum
Raybaczkum Wralinski capitaneum Brodnic:
censem actorem ab una, et providum Joan:
nem, et nicolaum Liemanic, et Joannem
sculletum de villa nostra Crosno ad ne:
pitaneatum Brodnicensem pertinente, de, et
super redemptione bonorum, tam que ipsi
Liemanic, quam etiam sculletus prefati ni
villa nostra prefata Crosno possident, et hac
vigore certi ordinis nostri à nobis prefato
capitaneo Brodniccnsi concesse, Quo quidem
ipse capitaneus invitos, et rebelles esse, et pre:
ptercea de bonis prefatis sine mediante, ra:
tione rebellionis, et invitationis exemi pos:
et debere intendebat primum rectis
nostris commissarijs nota, et cognita, et
tandem ad nos ex recommissione eorundem com:
missariorum super cognitione, et declaratio

priuilegiorum ipsorum, vigore quorum bona pre-
fata exemptionis non subiacere affirmabant ad
nos deuenisset, ac delata esset, quo in termino
Bodrecens Synodali vltimato in presentia ip-
sarum partium coram nobis legitime astancia.
Actis omnibus et priuilegiis tam prefatorum
Lemanow, quam Joannis Senlleti coram nobis
reproductis et exhibitis, nobis et examinatis
de consilio consiliariorum nostrorum, ac nicis
peritorum omnia nostre, tali qui sequitur ordi-
nacionem et statucion duximus decernimus q3
ac statuimus presentibus. Quorum quid
attinet Joannem, et xpiolanum Lemanij ipsos
pro hac vice redimi non posse declaramus,
quinimo ipsos in eisdem bonis nixta priuilegia
eorum conseruamus et conseruari volumus,
hac tamen lege, quod si ipse captiuus in
Brodnicensis nunc et pro tempore existens
rebellionem, et inobedientiam dictorum Le-
manow, vel eorum successorum nisi mediante
in fortunam probauerit, eo quod debito offic
sui preastare, nixta preascriptum literarum
et priuilegiorum ipsarum neglexerit

fuerint. Extunc ex ipso facto bona predicta
ipsorum exemptionem subiacere debebunt, o-
neribus autem per eos arei nostre Bodmian
prestari debitis sic statuimus, quod ea non
plus obire, et prestare debebunt, quam quod
ceteri Limanarie aliis capitaneis castro-
nostrorum sic in terris Lensbix obire sol-
liti. De scultelo autem, quoniam in ex-
ptione scultetorum aliud Genus mercis, et
prescripto legum Gernatine, sic decernimus
quod bona ipsius scultecialia exemptioni
subiacent, cum eum exercere eximen, et pe-
cuniam vigore privilegium ipsius si quod
legitimum habere pretendit per prefatu
nostrum capitaneum reponen, et per ipsu
scultetum tollen, et lenan, et di bonis
scultecie vendicandis decernimus. Si
vero privilegium, ex quo de summa pecu-
nia qua, et quanta fuerit constare possit
non haberet. Extunc taxam, et estimatio-
nem bonorum secundum consuetudinem in
terris nostris Lensbix servatam, ipse idem

commissarij nostri facient, mixta quam ipse
scultetus pecuniam recipere tenebitur, et de
bonis scultecie condescendere, Ad quos quidem
commissarios nostros, easdem partes pro exe-
quitione premissorum debitas, quas in hac
parte authoritate nostra simili volumus, re-
mittimus, hac nostra sententia diffinitiua me-
diante. Harum quibus sigillum nostrum est
subimpressum testimonio literarum, datum &c.
Anno feria sexta post festum sancti Bartholo-
mei Apli proxima Anno domini m° cc°
l° ii° Regni vero xxm. Joannes archiepi
R. E. Cancellarius. R. tio
nobis Joannis de
Ostrorogo R. E. Cancellarij Sacrarumque Bre-
viū Scabinis Cracouiensibus Sandecien. ostrumque capitaneis.
Nos tandem parte altera videlicet ipsis Consulibus
coram nobis personaliter et legitime compa-
rentibus, et propositioni seu instigationi
ac petitioni predicti Bydgocensis capitanei
nullis legitimis eisdem contradicentibus seu
innocentiam suam declarantibus vigore com-
missionis, et decreti notati maiestatis Regie

in causa vt premissum est iam late, ex pro
ex commissione n. R. probationem rebellionis
et inobedientie coram gete Regia sufficiente
iam esse declaratam constabat ipsis promitis
Joanni, et Nicolao Liemanom proprio Mot
assensu ad id accedente, summam quinqua-
tarum marcarum Lubenicalium, per vigin-
quosos marcam in quamlibet computando a
premisserto capitaneo tolli, et de bonis Lie-
mania predicta condescendere decernimus
pront et decernimus nostra hac sentencia
mediante. quod decretum pars utraq; tam
actorea quam cittata pro rato. et grato susceptt
Scilicet capitaneus Brodnicensis summam
quinquentarum marcarum peccunie prefatam
ipsis Liemanom coram nobis reposuit, et
eam effecto numerauit. L Red.ti vero Lie-
mani in omnia bona Liemania prefata
millis penitus exceptis, nitzonissionem, et
possessionem realem, et effectualem sibi ca-
pitaneo Brodnicens: minempato dederunt
et procuratos personis admisserunt. quemad-
modum et nos dictam Liemaniam personaliter

accedentes, authoritate Regia, et nostra commis-
sariali vigore commissionis nobis ni hac parte
concessa, praefatum Raphaëlem à Rialpo in
